

fruct. numero 21. Mod. in empur. iur. tit. 6. de seruis. in prelad. n. 80. Auend. de censu. cap. 4. n. 2. & 3. D. Ioan. del Castil. controu. lib. 1. sine de usufr. c. 29. a num. 15. & tom. 4. c. 33. num. 9. Donel. d. libro 9. comment. c. 21. vers. Huic simile, ad fin. & libro 10. c. 5. vers. Inde dubitatum, cum duobus sequentibus, & ad eum Hillig. lit. F. & G. Iul. Pacius legum conciliatar. centur. 6. q. 31. Ener. Bronchorst. enantiophan. sine controuersarum quest. cent. 1. assert. 87. Quamquam hi omnes (vt obiter dicam) in explicandi modo non conueniant; nam eorum plerique, nempe Conan. Cuiac. Zephal. Barbof. Pichard. Lara, & Castillus, in eo potissimum vim statuunt, quod in dicta lege fundi relictus fuerit fundi reditus, quo nomine eum tantum intelligi volunt, qui ex nummaria fundi locatione redigitur, maxime stante testatoris consuetudine, sic fundum locandi, & ideo etiam eo directe legato, nullum ius reale vsusfructus constituit putant, quemadmodum ex verisimili defuncti mente constitueretur, si fructus fundi legaretur, d. l. si quis ita 20. ff. de usufr. l. cum ita legatum 41. ff. de usu. & usufr. leg. quas sic conciliant cum d. leg. fundi. At verò Accurs. Bart. Bald. Castrenf. Alex. Costalius, Pinellus, Menoch. Surd. Mendez, Gratianus, Morla, Auend. Donel. Faber, Pacius, & Bronchorst. longè quidem verius (ni fallor) non ex eo sumunt interpretationem dicta l. fundi, quòd reditus tantum non etiam fructus illius certi ac designati fundi relictus fuerit, sed quòd non fuerit directè relictus, sed hæres eum ex illo fundo præstare grauat, atque ita nullum ius reale vsusfructus in eo sit constitutum, prout constitutum censetur, si fundi reditus directè relictus fuisset, nec enim reditus à fructu regulariter distinguitur, l. usufructu 7. §. 1. ff. de usufr. l. patrimonij 2. & lege qui fructus 25. & in dicta Glof. & communis, ff. de usu. & usufr. leg. l. si quis argentum 35. §. 1. Codice de donat. eum relatis à Rodrig. qui bene explicat, de relictibus, libro primo, quest. 1. numero 1. Nisi forsitan non simpliciter reditus fuerit relictus, sed relictus fuerit certa aliqua pars ex reditu fructuum fundi, quo legandi modo satis testator significat, velle se, hæredem fructus percipere, & ex eorum reditu, vel redactu, quod in proposito idem est, certam illam partem legatario soluere, quæ propria species est. Text. alioqui difficilis in l. defuncta 58. alias 65. §. Sempronio, ff. de usufr. vt sentit non obsecrè Albet. ibi, verlic. Item nota, Fulgof. in d. lege si quis ita, verlic. Animaduerte, apertiusque interpretantur Pinel. dicto numero 13. verlic. Item licet littera, (qui & numero 14. non malè communem defendit interpretationem) Donel. dicto lib. 10. capite 5. versiculo Alter est, Costal. ad relatum legem si quis, Antonius Fab. ad d. §. Sempronio, in fin. princip. Paci. d. cent. 6. questione 31. Bronchorst. d. assertione 87. versiculo Secundo aduersatur, quicquid aliter interpretetur Fulgof. in dicta lege defuncta, numero 3. à quo tacite sumpsit Conan. d. libro 4. capite 3. numero 4. quem referunt, & sequuntur Mendez, (male tamen eius intellectum Bartolo adscribens) ad relat. Rubr. Codice de annon. ciuil. numero 56. D. Castil. de usufr. dicto cap. 29. numero 25. Hillig. ad Donel. d. cap. 5. lit. G. verlic. Firmior. Vt ex his constet, quantum fallatur vir aliàs doctissimus D. Ioan. del Castil. d. capite 29. n. 26. quem simpliciter refert Hillig. dicto capite quinto, lit. E, dum aded nouum ac dubium putauit quod Menoch. docuit dicta presump. 136. numero 9. verlic. Et quod est dictum, legatum nempe fructuum à legato reditum regulariter non distare, vt non dubita-

uerit asserere, id solum Menochium dixisse, nec alium scribentium ad hoc attendisse; non animaduertens imò Accurs. & reliquos paulò ante relatos id pro competo habuisse, sed clarius docuisse Bartol. in dicta lege fundi, in principio, versiculo Sed quero, illic; Non intelligaris, quòd hoc fit propter verbum reditus, hic positum, quia idem est legare reditum, & legare fructum, Albericum in dicto §. Sempronio, versiculo Quid si dicat, Cumanum in lege nihil proponi, circa finem, versiculo Si autem legauit, ff. de legat. 1. eundem Menoch. alibi, nempe dicto consilio 330. numero 14. in fine. Surd. dicto cons. 319. numero 16. versiculo Et per hoc tollitur, ac Donellum d. lib. 10. c. 5. vers. Sed duobus. Nec dicatur (vt ad rem redeam) quòd cum in censu consignatio anni reditus præstatio tantum sit in obligatione, nec possit illi à creditore propria auctoritate percipi, per consequens non magis in eo, quam in promissione, vel legato præstationis annuæ, ius aliquod reale contrahatur, sed personalis tantum obligatio aduersus impositorem, & eius hæredes. Quia ex dictis planè constat, in eo potissimum differentiam consistere, quòd in censu ius annuæ præstationis principaliter constituitur super fundo, eumque afficit onere reali talis præstationis, quod ad quemlibet eius possessorem transit, vt sæpè diximus; id quòd longè aliter se habet in promissione, vel legato præstationis annuæ, ex certo fundo faciendæ, vt in specie memoratorum iuris locorum, tunc enim ipsa annua præstatio principaliter est in obligatione, fundus verò tantum in executione, quippe qui post perfectam dispositionem designatur, vt ex eo præstatio fiat, iuxta ea, quæ cum pluribus docui, ac probaui, contraria iura concilians differt. 33. numero 49. ante med. vers. Dixi ex natura, frequentiusque affert, dictionem ex adlici executioni dispositionis iam perfectæ, atque ita per prius supponere personalem diponentis obligationem, vel eius in quem dispositionem contulit, vt notat Glossa verbo in personam, versicul. Et hoc etiam, in lege Gaius Seius 12. ff. de ann. leg. Ioann. Fabian. in §. item Serniana, numero vltim. versic. Illud verò satis, & versic. Præterea verba hæc, insf. de alt. Bartol. in leg. Lucius Titius 12. num. 3. ff. de alim. & cibarij leg. Paul. de Castrenf. consil. 333. circa med. vers. Etiam posito quòd de relictibus, volum. 1. Ludouic. Roman. consil. 388. num. 3. vers. Licet secus foret, Aluarez Valacus tamen parum firmiter de iure emphiteut. quest. 32. numero 17. vers. Alij igitur.

Sed in contrarium non parum vrget Textus difficilis in leg. nihil proponi 120. alias 123. in princ. ff. de legat. 1. vbi Vlpian. nihil proponi (ait) cur prohibeatur hæres adicipia distrahere, è quorum reditu (vt verior habet lectio) sportula sunt relictæ, salua tamen causa legatij, ex quibus verbis constat, adificia seu domos, ex quorum reditu sportula sunt relictæ, si ab hærede distracta sint, in eorum emptorem transire cum sua causa, sine onere sportulas ipsas soluendi, hæc enim vis est verbi causa vt significet idem quod onus, leg. & post litem 125. res que, illic: Cum sua scilicet causa, ff. famul. vcrisc. leg. si connerit 18. §. si fundus, illic: Quia cum sua causa fundus transeat, ff. de pignorat. actio. leg. alienario 67. illic: Quia cum sua causa dominium ad alium transferimus, ff. de contrahend. emptio. lege 2. in princip. & lege in tabulis 38. illic: Vt cum sua causa alienentur, Digestus de statu liber. lege Pomponius 13. §. 1. Digestus de acquis. possess. lege vnic. illic: Cum sua causa res suas alienare, in dicto Text. ibi, cum suo onere, Codice rem alienam gerentibus, &

& lege si debitor 12. illic: Dominium cum sua causa transfuit ad emptorem, Codice de distract. pignor. Vt ex hoc cauendum sit à Bald. & Cumanum in dicta lege nihil, Cuiac. lib. 2. responsorum 17. ad eandem leg. Flores Diaz de Mena dict. quest. 17. numero 5. & Hieron. Fernandez Otero in disputat. variarum iuris quest. part. 1. quest. 5. numero 7. omnino fundentibus decisionem dict. leg. nihil proponi, cum dictione dict. leg. fundi Aebutiani, ac similibus, & non magis in illa quam in hac onus fundo impositum esse existimantibus, sed in omnium specie hæredem tantum fuisse grauatum date fundi reditus, & ideo solum personalem actionem aduersus eum competere, & nullam aduersus possessorem; id namque aperte conuincitur ex relatis verbis: Salua tamen causa legatij, quæ onus fundo impositum, quod eius possessorem legatur, manifestè demonstrant. Ea igitur interpretatione, & aliis omisiss, verissime respondendum est, decisionem illam specialiter procedere favore alimentorum, in quibus speciale est, vt designatio fundi, ex quo præstentur, eius inducat hypothecam, quo saltem excusso hærede, exerceri potest aduersus quemcumque possessorem, vt obiter monui supra numero 150. in fin. & latius aliis in locis, ibi indicatis. Talem vero fuisse causam, ob quam legatum illud emanauit, imò & publicam ac perpetuam, apparet ex verbo sportula, quod inter alia significat erogationis, quæ in ordines decurionum alienius lætitiæ causa, vel in Sacerdotes, aut alias personas pietatis ergo fiebant, in eorum salaria, vel alimenta, & nedum inter viuos distribui, sed in vltimis quoque elegiis in perpetuum relinqui solebant, lege si sponsus 5. §. si mulier 17. alias leg. si mulier 6. vbi not. Bud. ad med. versicul. Non absimile, ff. de donat. inter, leg. si quid relictum 117. leg. ciuitatis 122. versicul. Aut quod ad diuisionem, & versicul. Hoc amplius, ff. de legat. 1. leg. annua 20. §. 1. & leg. cum quidam 23. ff. de ann. legat. leg. sportula 6. §. 1. illic: Sportulas decurionum accipiunt, ff. de decur. tradant Alciat. libro 3. disputat. capite 17. versicul. Ceterum cum aliquis, Cuiac. vbi proximè, Brisson. Præteius, & alij lexicographi, vique ad Caluinum verbo sportula, eleganter P. Martinus de Roa, plura ex Martia, & aliis bonis Authoribus adferens, de die natali, sacro, & profano, capite 12. à princip. D. Pichard. ad §. Tripli 24. numero 9. in fin. de alt. Quam interpretationem ad relatum leg. nihil, non obsecrè sentit Accurs. schol. 1. ibi, ad sportulas vel alimenta decurionum, in dicto schol. sequenti ad verbum causa legatij, illic: Præstandi ab hærede, alias possessore fundi, quibus verbis significat, hæredem primò executiendum esse, & in subsidium conueniri emptorem posse ratione hypothecæ, quæ fundus ille speciali alimentorum favore affectus est, sequuntur Odofredus Bartolus Albericus Florianus, Angelus Paulus Castrenf. & Imola ibi. Qui rursus addunt, hodie stant leg. 1. & 2. Codice communia deleg. vbi generaliter pro legatis hypothecaria etiam actio prodita est, illius legem specialitatem cessare. Verum ego etiam hodie eam durare existimo, quia cum onus illud sit perpetuum, vt dixi, satisfactum ex relatis iuribus apparet, maxime ex d. leg. annua 20. §. 1. & leg. cum quidam 23. vbi que in fin. ff. de ann. leg. cum traditis ab Antonio Gomezio var. resolut. lib. 1. capite 12. numero 6. & D. D. Iof. Vela Differtat. Iuris Tom. 1.

lib. 2. capite 11. numero 48. Aluarez de coniecturata mente defuncti lib. 2. capite 1. §. 2. numero 24. (quicquid de eo debent Flores, & Oterus supra imò temporale id onus fuisse constanter asserunt Felic. tom. 2. de censu. lib. 2. capite 3. numero 20. vers. Nec obstat) non propriam inducit hypothecam, sed impropriam, & irregularem, quæ ipso iure fundum afficit, & in quemlibet eius possessorem transit, nullaque præuia excussione exerceri potest, aliter atque si onus tantum temporale esset, vt cum pluribus obseruari supra numero 21. quod & ipsum vltra ibi relatos, sentiant non obsecrè Guido Pape quest. 576. numero 1. vers. Nisi in aliquibus, vbi inducit optim. Text. in cap. quanto 18. in fin. de usuris, & Stephan. Gratian. discept. forens. tom. 4. cap. 682. numero 18. sed & in terminis dict. leg. nihil proponi idem obseruauerunt, sic eam multò verius intelligentes Petrus Salazar de usu, & consuetud. capite 11. numero 34. versic. Ex aduerso, & num. 43. Aluar. Valac. consil. 82. numero 7. in fin. Anton. Gamma decif. 30. & 186. vbi que numero 1. Rodrig. de relict. lib. 2. quest. 9. numero 65. circa fin. verlic. Hoc autem submittendum, D. Perez de Lara de annuierf. capite 2. numero 17. (licet pro se citet Flores Diaz, qui id asserit non dixit, imò contrarium postea firmavit, vt vidimus) & cap. 4. num. 16. D. Ioan. del Castil. quotid. controu. tom. 5. cap. 93. §. 11. num. 15. Qui & illud vtiliter addunt, ex sola illa perpetui oneris impositione, nisi & alienationis adit prohibito, aliæve cedant coniectura, non censeri perpetuum maioratum inductum, quæ de re late etiam post alios tractat, sic tandem concludens idem Castillo libro 2. capite 22. à numero 44. & lib. 4. capite 9. à numero 9. quicquid contrarium securè doceat Oterus dict. quest. 5. ex numero 5. magisque probet Felician. dict. capite 3. numero 20. verlic. Contrarium tamen, quasi ex sententia Ancharrani, & aliorum, qui tamen omnes ita simpliciter non docuerunt, vt expendit rectè D. Castillo d. §. 11. num. 5. qui à num. 6. omnia eius sententiæ fundamenta sigillatim destruit, omnino videndus.

Tertium minoris propositionis fundamentum in eo erat, quòd cum seruitutis duæ tantum sint species, realis, & personalis, ius annuæ reditus, in fundo constituti, ad neutram speciem referri potest. Sed non obstat, quia vtrumque vegum esse agnoscimus, si seruitutis nomen propriè, & strictè accipiatur, prout refertur ad seruitutes nominatas, siue quæ certum nomen, & formam à iure acceperunt, quia ius reditus annui tum tali nomine & forma caret, nec propria authoritate percipitur, contra generalem regulam nominatarum seruitutum, tum etiam nec realis seruitutis propriè dici potest, cum prædium non debeatur, sed personæ, nec personalis, cum personam ipsam, cui id ius ab initio constitutum est, egrediatur, idque perpetuò durare aptum sit, dum concedentis fuerit voluntas. Secus si seruitutis vocabulum latius ac generalius usurpetur, prout refertur ad eas seruitutes, quæ est certo careant nomine, nec per omnia nominatarum seruitutum regulas feruent, quandam tamen similitudinem cum illis habent, ob quam earum iure gaudent, vt ad tertium fundi, ex quo debentur, possessorem transeat. Quinimò propriè personales erunt ex parte eius, cui debentur, vltra eius personam non extendendæ, si in illarum constitutione ipsius tantum per-

De seruitutibus.

154 Ione respectus & contemptio habeatur; * irregularitates tamen, & innominatae, vt docuerunt recte Rogerius, & alij Glossatores antiqui, quibus accessit Zynus in Rubrica C. de usufruct. post med. vers. Nunquid sunt plures personales seruitutes, vbi prosequitur in hac verba: Dico quod nominata non sunt plures sed bene sunt plures innominatae, vt si aliquis constituit mihi, quod in fundo suo recipiam omni anno vnum sextarium frumenti, vel vnum modium bladi, &c. & paulo inferius illic: Et dici possunt seruitutes personales innominatae, quae debentur a re personae, Ioannes Faber post Petrum de Bellapertica, quem refert in §. aequi si agat, numero tertio, illic: Quod omnes tales sunt seruitutes personales, & pro ipsa potest agi conuersaria, & illic: & hanc amplectitur vsu canarum, & tota die formantur libelli in conuersaria pro vsibus pascuorum, & expletis forestarum, item & pro tallibus hominum, & pro omni iure incorporali, & in fine, versiculi Vnde non video, ac rursus in §. praediciales, num. mihi 15, alias 33. versic. Praeterea tales praestaciones, illic: Cuius sunt quoddam genus seruitutis, insitunt de aut. Bald. in l. si plures 6. num. 12. ad fin. C. de condit. inferi. illic: Quia imo est seruitus, quae debetur a re personae, sicut illa quod possim de agro tuo quolibet anno recipere mille simam fructuum, vel vnam corbem, & est ista seruitus innominata (tametsi alibi more suo palinodiam canat, nempe in dist. Rubric. Codicis de usufruct. num. 3. versic. Bene concedo.) Guido Papa decisi. 422. in fine illic: Et talis praestatio annua videtur seruitus personalis innominata, Vdalt. Zal. singul. intellectuum, lib. 1. c. 11. & in parat. ad tit. ff. de seruit. n. 2. Ioan. Longoual. in reper. Imperium, vers. Ego vero, ex n. 222. ff. de iuris. omn. iud. Ioan. Coraf. in Rubr. ff. de seruit. n. 29. & in contextu l. 1. n. 124. ad fin. vers. Ego vero. idem num. 10. Franc. Duar. circa fin. versic. Seruitutes autem, ac Petr. Costal. & Eguin. Baro. in l. ut pomum 8. ff. eod. in tit. Fornet. lib. 2. select. cap. 28. Franc. Hothom. lib. 8. obseru. c. 20. versic. De personali, Donel. lib. 11. comment. c. 1. vers. Hac vtilitas, Dom. Anton. Pichard. ad princ. inst. de seruit. num. 21. & 22. Quae sententia ultra plura, quae illi considerant, maxime Hothom. vbi proxime, ex sequentibus etiam probatur.

155 In primis ex l. si quis vnus (alias binas) ad 32. alias 38. vers. Sed et si excipiat, ff. de usufr. vbi postquam Pomponius I. C. docuit, eum qui praedium vrbani, vel rusticum, quod solum habet, alij quocumque titulo tradit, licet seruitutem praedialem in eo sibi excipere, sine referre nequeat, ob defectum alterius praedij, cui illa debeat, iuxta regulam supr. in argumento relatam sub n. 9. posse tamen sibi excipere seruitutem personalem, quae a re personae debeat, veluti vsum fructum, vel vsum, consequenter subiungit in d. vers. Sed et si excipiat, posse etiam excipere similem seruitutem personalem, puta vt pascere ibi propria pecora possit, quoniam est pecora hoc ius pascendi, vbi adest vicinum praedium, inter seruitutes praediales rusticas computatur, lege prima, §. in rusticis, l. 3. in principio, & l. pecoris 4. ff. de seruit. rust. §. inter rusticorum, inst. de seruitut. tamen vbi deficit vicinum praedium, videtur constituta quaedam seruitus personalis innominata similis vsum fructui, vel vsum, puta si talis sit salus venditus in quo, vt ex multis saltibus sola pastio fructus percipiatur, vnde dicitur bosque, o debesa de pasto, id quod primo docuit Accurs. in dicta lege si quis, verbo vales exceptio, versiculo Sol.

licet postea Leniter recedat, cuius priore sententiam, quasi communem amplectitur Bertrand. consilio octuagesimo primo, numero primo, volum. 3. part. 2. ac recte explicat Anton. Faber idem sententiam in rationali ad can. l.

Secundo ex l. pecoris 4. vers. Si tamen, iuncta l. ergo 5. in princip. ff. de seruit. rust. vbi postquam Papinianus I. C. dixerat, pecoris pascendi, & ad aquam appellendi seruitutes, praediales magis esse, quam personales, si praedium dominantis fructus maxime in pecore consistat, rursus in dicto versiculo Si tamen, aliud iuris esse constituit, vbi testator, qui seruitutem imposuit, personam, cui eam praestare voluit, demonstrat, quasi ad commodum eius magis quam praedij eam ipsi seruitutem reliquerit, quia forsitan vltra pecora, praedij culturae necessaria, pluribus aliis abundauerit, ad quae iure illo pascendi, & ad aquam appellendi egeat, quia tunc vice versa non praedialis seruitus censenda erit, sed personalis innominata, vsum fructui nempe, vel vsum similis, quae potius hereditarij aut alij successori non debetur, ille tamen, cui concessa est, eam a quocumque possessore vindicare potest, vt Vlpianus subiungit in dicta lege ergo, sic accipienda, & praecedenti legi annexenda, quemadmodum qualibet alia seruitus vindicari potest, lege prima, in principio, & lege vtriusq. §. 1. ff. si vult per. l. 2. ff. si seruit. vend. quomodo eas leges 4. & 5. recte explicat Duaren. in comment. ad ipsas, Eguin. Baro. ad relatum legem ut pomum, versiculo Primum omnium, Menel. in lege & in prouincialis 3. num. 20. C. de de seruit. & Donel. d. lib. 11. comment. c. 8. versic. Sed quod ad omnes, quicquid aliter cum communi interpretetur Antonius Faber in ration. ad illas leges.

157 Tertio ex l. veluti 6. vers. Sed si vt vasa, ff. de titulo de seruitut. rust. vbi licet cretae eximenda seruitus, quae sui naturae praedialis est, non possit ei constitui, qui fundum vicinum, cuius illa vtilitatem prospiciat, non habeat, iuxta princip. eiusdem l. iuncto §. vlt. l. Praced. si tamen ei, qui praedium vicinum habet, illa non egeat, concedatur vt vglan in eo exerceat, & vasa vendat, adeoque personae, & non fundi contemplatio habeatur, talem seruitutem imponi posse, eamque cum ob huiusmodi causam praedialis esse nequeat, personalem esse vsum fructui potius annumerandam, non obsecut. Pans. I. C. respondit, prosequitur optime Donel. lib. 1. comment. c. 1. in princ. ad vers. Si qua seruitus, & cap. 7. ad finem principii, quicquid aliter Glossae, & Doctores, nimis quidem violenter ac diuinatorie interpretentur, & Oual. ad Donel. d. c. 7. lit. B.

158 Quarto ex l. Lucius 37. ff. illo eodem titulo, rust. praed. vbi aquae ductus ex fonte vsque ad digitum alicui ad domum eius vicinam, vel quocumque ipse voluerit concessus, tam praedialis seruitus esse nequeat, quia non tam praedij, quam personae necessitatem respicit, personali seruituti vsum adnumeratur, adeoque transmissio eius impeditur. Quomodo Textum illum aperte intellexerunt Viniarius in casus positione, Odofredus, Baldus, Angelus, & Florianus ibi, Ioan. Faber in §. aequi si agat, n. 12. alias num. 6. vers. Et hoc vult dicere, inst. de aut. & ibid. Lud. Gomezus notab. 3. n. 11. vers. Sed in casu isto, Duar. in comment. ad relatum l. Lucius Franc. Cremens. sing. 61. constituta est seruitus, vers. Casus singularis, Longoual. in reper. lege imperium, ff. de iurisdict. omnium iudic. numero

numero 223. & 226. Corafius in conex. leg. 1. Digeit. de seruit. numero 124. vers. vltim. & hunc dicit. legis Lucius intellectum, velut receptissimum referunt, ac sequuntur Menoch. de reu. poss. re. me. l. 6. casu 9. n. num. 21. & Menel. ad l. in prouincialis 3. num. 28. C. de seruit. & aqua, tribuentes etiam Accursio gl. 3. ad verbum quocumque Barrol. Alberico, & Paulo Castrensi ibid. Rom. sing. 68. vel 69. (quod mihi est 70. concedo tibi ius) ac Decio conf. 162. (quod mihi est 161. n. 1. vers. Sexto de ista & n. 7. vers. Sexto non obstat) & Iasonius d. §. aequi si agat, notab. 1. num. 31. qui tamen recte inspecti seruitutis personalis non meminere, sed iuris, vel concessionis personalis tantum, quod longe diuersum est, vt tetigit supra & latius postea dicam, idque magis sentit Accurs. verbo Vnum, dom vsum aquae interpretatur idest potestatem, intelligens simplicem facultatem, seu permissionem aquae ducenda, quod magis explicuit Alciat. lib. 2. disputacionum, cap. 7. a quo merito recedunt Longoual. & Coraf. vbi proxime. Intellectus autem Viniarius, Odofr. & aliorum optime comprobatur ex l. vsum aquae 2. ff. de usu & habit. vbi is vsum personalis seruitus dicitur, vt notat ibi Ant. Fab. in rar. dec. vers. At posteriore, maxime adueta l. 1. §. praeterea Labeo 12. ff. de aqua quorid. & ablu. quam in proposito expendunt Coraf. Longoual. Menoch. & Menel. vbi proxime, nosque infra, apertius, ac latius expendemus.

159 Quinto ex l. puer filia 6. ff. de seruit. leg. vbi transeundi per domum hereditariam, a patre filiae relictae, cum eius contemplatione magis quam domus relictae videatur, non plenam, ac realem itineris seruitutem inducit, nempe ipsi domni legatariae debitam, adeoque ad eius heredes transmissibilem, sed personalem potius seruitutem vsum transeundi, legatariae tantum marito, ac familiae, dum illi, viuunt, communicabilem, vt recte pra alius explicat Donel. dicto libro 11. comment. capite 8. vers. vlt. ad fin. quod & ipsum in effectu docuerat Laf. optimum inde casum decidens in lege 2. §. item si facta, numer. 7. ff. de verb. obligat. apertius Menel. in d. l. & in prouincialis, n. 21. & 22.

160 Sexto ex Text. perdifficili, neque haecenus satis percepto in l. Melia 14. §. quidem libertis, ff. de aliment. & cibari. legat. vbi cum testator quidam in regione Africae, vel Aegypti, in qua aqua, ob magnam eius penuriam, venalis est (qua de re plura ex bonis auctoritatibus cumulat Constantius Landus in libello exercitationum, ad eam legem nonnulla etiam Casiodorus libro tertio, variarum epist. vlt.) libertis suis vt alimentum, ita & aquam per fideicommissum reliquit, quatum est de emolumento, ac valore fideicommissi, an scilicet indistincte vtili foret, siue quis in praedio suo cisternas habens, vnde aqua sumi possit, id reliquerit, siue non. Et affirmatim Vlpianus respondet, nempe vtroque casu vtile fideicommissum esse, vt posteriore quidem tantum sit emolumentum in eo fideicommissum, quatum quis aquam sibi esset comparaturus. Rediens vero Vlpian. ad primum casum, quo testator ex cisterna propria aquam reliquit, haec subiungit verba: Nec videri inutile esse fideicommissum, quasi seruitute praedij non possessori vicinia possessionis relicta, quibus vique satis disterte offendit, testatorem cisternam habebat, nihil aliud fideicommissum illo egisse, quam vt seruitutem aquae, ad vsum libertorum necessitatis, praedio suo imponeret; idque pro dubit. rat. assert. quasi inutiliter huiusmodi seruitus re-

